

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

2. Quæ Beati Petri &c. Berardo Episcopo Matisconensi Episcopale munus
interdit, donec satisfaciat de illatis Monasterio Cluniacensi injuriis.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74452](#)

II.
Ex Anecd.
Martene T.
r. Col. 350.
Anno circi-
ter 1120.

Berardo Episcopo Matisconensi Episcopale mu-
nus interdicti, donec satisfaciat de illatis
Monasterio Cluniacensi injuriis.

CALIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, venerabili Fratri B.
Matisconensi Episcopo salutem & Aposto-
licam benedictionem.

Quae B. Petri Clunianensi monasterio à te
illata sunt, & nos & fratres nostros
vchenmenter gravant. Post nostras enim com-
mitiones post scripta frequenter misla manum
tuam quod haec tenus inauditus est, super ipsam
parochiam extendisti, clericos & laicos
excommunicasti, & in B. Odonis Ecclesia di-
vina penitus celebrare officia prohibuisti; Mo-
nachis etiam graves prout afferunt injurias intu-
listi, & nonnulla eis pertinentia abstulisti. In
his tamen omnibus paterna tibi benignitate pe-
percimus correctionem tuam, sicut venerabilis
frater noster Hu: Lugdunensis Archiepiscopus
ad nos veniens promiserat, expectantes. Tu
autem, ut prius, sic & postea pertinaciter resi-
stisti. Hanc ergo presumptionem & tantum
Apostolicæ sedis contentum ferre diutius non
valentes, licet inviti propter præteritæ dilectionis & familiaritatis gratiam, ex rationabili
fratrum nostrorum sententia, Episcopale tibi
officium auctoritate sedis Apostolicæ interdicimus,
donec à Cluniacens Monasterii, & Clerico-
rum, seu Laicorum, & ipsius Capella infesta-
tione desistas, & nobis de contemtu tuo satis-
facias.

Datum Laterani V. Idus Januarii.

III.
Ex op. di-
plom. Mirai
T. i. p. 171.
Editum A.
D. 1121.

Confirmat regimen Ecclesiae Bornhemensis com-
missum Affligemensibus precibus Clementiae
sororis sue Flandria Comitissæ.

CALIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei; dilecto filio Fulgen-
tio Abati, Affligimens Monasterii,
quod ad honorem B. Petri Apostolorum
Principis in Cameracensi Diœcesi situm est,
ejusque successoribus, regulariter substituen-
dis in perpetuum.

Burgardus Cameracensis Episcopus
Affligimens Monasterio
commisit Ecclesiæ Bornhemensem
ut in ea Monastici disciplina
deinceps habeatur.

Quae religionis intuitu statuuntur inconvulta
debent stabilitate servari. Siquidem ve-
nerabilis Frater noster Burgardus Cameracensis
Episcopus, Consilio & assensu Archidiaconorum,
ac reliquorum Clericorum Ecclesiae suæ, consi-
lio etiam, & hortatu Venerabilis Fratris nostri
Rodulphi Remensis Archiepiscopi, sicut in eo-
rum missis ad nos Litteris continetur necnon
& rogatu & supplicatione Sifridi Bornhemensis
Abbatis & Fratrum suorum Affligemens Monas-
terio Bornhemensem commisit Ecclesiam, ut in
ea deinceps Monastici ordinis disciplina per Dei
gratiam, habeatur.

S. 1. Olim quidem in loco eodem Ordo
fuerat Canonicus institutus; sed guerris super-
venientibus, tanta paupertatis inopia coarctatus
est ut neque Ordinem Canonicum conservare,
neque per se in Ecclesiastica quoque posset
honestate persistere.

S. 2. Nos itaque tam preditorum Fratrum
quam & Sororis nostra (1) Clementiae, Flan-
driensium Comitissæ, quæ ipsius loci dispensatrix
est, petitionibus annuentes, & de reli-
gione vestra plurimum confidentes, prædictæ
Bornhemensis Ecclesiæ commissionem præsentis
privilegi pagina confirmamus.

S. 3. Statuentes, ut auctore Deo in Affligi-
mens monasterii unitate ac subjectione, sub
regula monastica disciplina in perpetuum per-
severet ita nimis libera, & quieta sicut ante-
ta in Ordine Canonico fuerat, cum Altaribus
(a) Havesdunc, Hingem, (b) Kereberga, (2)
(c) Rimenham, (d) Merchecloa, & cum omni-
bus que in præsenti legitime possidet, vel in
futurum Largiente Deo, justè atque canonice
poterit adipisci.

S. 4. Nulli ergo omnino hominum facultas
sit præfatam Bornhemensem Ecclesiæ à dis-
positione vel subjectione vestri monasterij remove-
re, seu qualibet occasione subtrahere, posses-
siones ejus auferre, vel temeraris vexationibus
fatigare, sed ita sub vestro monasterio maneat,
sicut à prædicto Fratre nostro Burgardo, Diœ-
cesano Episcopo, constitutum, & ipsius chiro-
grapho confirmatum est.

S. 5. Si qua igitur in futurum cuiuslibet
dignitatis ordinis persona, nostræ hujus Con-
firmationis paginam sciens contra eam temere
venire tentaverit, honoris, & officii sui peri-
culum patiar, aut excommunicationis ultione
plestatur, nisi presumptionem suam digna sa-
tisfactione correxerit.

S. 6. Qui vero conservator extiterit, Dei
omnipotens, & Apostolorum ejus Petri &
Pauli benedictionem, & gratiam consequatur,
Amen, Amen, Amen.

Ego Calixtus Catholice Ecclesiæ Episcopus
laudavi.

Datum apud S. Petrum per manum Chrysogonu
S. R. E. Diaconi Cardinalis, & Bibliothecarij
III. Februarii Indictione XIV. Incarnationis Do-
minicæ anno millesimo, centesimo vigesimo
primo Pontificatus autem Calixti II. Papæ,
tertio.

Datum 3.
Februarii
Pontificatus
Anno III.

IV.
Ex Labbe
Tom. 10.
Concil. pag.
836.
Ex Chiffle-
zii Historia
Trenoriana
Editum A.
D. 1122.

Privilegium Maternitatis, quam vocat, Eccle-
siæ S. Joannis Provincie Bisuntinae in Eccle-
siam S. Stephani ejusdem Provinciæ.

CALIXTUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, venerabili Fratri
Anserico, Mandate Decano, Stephano Ar-
chidiacoно, Stephano Thesaurario, Hugo-
ni Archidiacoно, & ceteris Bisuntina
Ecclesiæ B. Joannis Apostoli, & Evan-
gelistæ Canonicis, salutem & Apostolicam
benedictionem.

Decessorum statuta, sicut legitima & justa,
successorem convenit custodire ita debet
etiam male facta salubri provisione corrigeri.
Ea propter nos resurrectionem illam quæ domino
prædecessori nostro sanctæ memorie Paschali

Exordium.

(1) CLEMENTIA Guilielmi Burgundia Comitis fi-
lia, Calixti II. Pontificis Romani Soror, primus Ro-
berto II. Hierosolymitan, Flandria Comiti, post Go-
defrido Barbato, Lotharingiæ Brabantique Ducis, nup-
ta fuit.

(2) RIMENHAM, nunc Rymenham, Pagus est sub
prefectura arcuata ad Diliam fluvium, primo lapide à
Mechlinia, cui vicinus est Pagus de Keerberghe.

Papæ

(a) Haef-
donck.
(b) Keer-
berge.
(c) Ryme-
nan.
(d) Meer-
beke.
Sanctio
Poenalis.

Pax & be-
neficio ob-
servantibus.